



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illo per cuius delationem aliquis interfectus fuerit. xxvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

nec ipse vult confiteri, omnipotentis Dei iudicio, cui omnia occulta manifesta sunt, referuetur: ei tamen indicetur publicè à presbytero, quòd communione ecclesiastica indignus sit, & ea carere debeat, donec perpetratum crimen confiteatur, & per confessionem, & per pœnitentiã condignam, ab hoc crimine se absolueret certet.

De insano, si homicidium perpetraverit. Cap. XXV.

Siquis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mētem *Ex eodē,*
 speruenerit, leuior ei pœnitentia imponenda est, quàm *cap. 7.*
 ei qui sana mente tale quid commiserit. Cui quãuis pœni-
 tentia sit imponēda, quia ipsa infirmitas causa peccati fu-
 isse creditur: tantum tamen lenior, quàm ei qui sanus ali-
 quem occiderit, quantum inter sanum & insanum, & irra-
 tionabile à rationabili constat esse discriminis.

De illis qui veneficio homicidia committunt. Cap. XXVI.

Siquis verò veneficio interfecerit alterum, eò quòd sine *Ex cõcil.*
 idololatria perficere scelus non potuit, nisi in fine im- *Eliberta.*
 partiendam non esse illi communionem. *cap. 5.*

De illo per cuius delationem aliquis interfectus fuerit. Cap. XXVII.

Delator si quis extiterit fidelis, & per delationē eius *Ex eodē,*
 aliquis fidelium fuerit præscriptus vel interfectus, *cap. 1.*
 placuit eum nō nisi in fine accipere communionem. Si le-
 uior causa fuerit, intra quinquennium accipere commu-
 nionem poterit. Si catechumenus fuerit, post quinquēnij
 tempora admittatur ad baptismum.

Quòd tria genera sint homicidarum. Cap. XXVIII.

Homicidarū verò tria genera esse dicebat, & pœnam *Ex epist.*
 eorum parilem fore docebat. Sicut enim homicidas *Clemētis*
 interfectores fratrum, ita & detractores eorum, eosque *papa, ca*
 odiētes, homicidas esse manifestabat. Quia occidit, qui o- *16.*
 dit fratrem suū: & qui detrahit, pariter homicida esse mō-
 stratur. Omnes enim à carnalibus desideriis quæ militant
 aduersus animam abstinere, & bonam eorum cōuersatio-
 nem ac innocentē omnibus monstrare rogabat. Ex corde
 enim cunctos attentius inuicem diligere insinuabat. Se-
 niores venerari, & iuniores diligere, Episcopos sacerdo-